



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 94. Papæ responsum ad Cenomansensis Episcopi sermonem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„ex necessitate, quam ex propria vo- Sæcul. XVI.  
 „luntate eos trucidandi consilium in- A.C. 1589.  
 „vitus cepit. „

## §. XCIV.

*Papæ responsum ad Cenomanensis  
 Episcopi sermonem.*

Hunc Cenomanensis Episcopi sermo- Thuan. l. 94.  
 nem Pontifex benigno vultu, ac  
 oratione temperata excepit, & tandem  
 verba faciens hæc respondit: haud multa  
 „differere volo de morte Guisii Ducis;  
 „scio equidem, quod is Regis subditus  
 „fuerit, & Rex tanquam necis, vitæ-  
 „que potestatem in suos habens arbi-  
 „trio suo de ipso pœnam statuere potue-  
 „rit, interim tamen judiciorum Ordo  
 „in eo negotio servari debuisset; ast de  
 „Cardinalis cæde, qui non Regis, sed  
 „ipius Pontificis, & sacræ Sedis sub-  
 „ditus erat, mihi satisfieri peto, nam  
 „Cardinales omnes a Principum juris-  
 „dictione exempti, soli Pontifici subji-  
 „ciuntur, atque ad id Archiepiscopi,  
 „& Episcopi solemni jurejurando, quod  
 „ineundæ dignitatis auspiciis præstant,  
 „obligantur: „ postmodum multa de  
 Cardinalium prærogativa, libertati-  
 bus, & immunitatibus magnifice elo-  
 quebatur Pontifex, ac tandem oratio-  
 nem suam absolvens hæc subjecit: „Rex  
 „Henricus III. ob interfectum Cardina-  
 lem



**Sæcul. XVI** „lem censuras incurrit, & proinde ab-  
**A.C. 1589.** „solutione eget, sicuti jam Pifanio pre-  
 „dixi, nec enim absolutionem vi diplo-  
 „matis secreti concessam, qua se tutum  
 „Rex existimat, sufficere sciat, nam di-  
 „ploma illud minime ad casus futuros  
 „extenditur, nec unquam mihi mem-  
 „fuit, ut Regi peccandi libertatem fe-  
 „cerem: proinde absolutio nomine  
 „Regis petatur, aut Regis postulata  
 „scripto comprehendantur, ut ea dele-  
 „gatis Cardinalibus examinanda in Con-  
 „gregatione ad id erecta communicare  
 „valeam.,

## §. XCV.

*Continuatum colloquium inter Papam  
 & Cenomanensem Episcopum.*

*Thuan. l. c.* **A**d hæc Cenomanensis reposuit: „  
*lett. du Card.* „quidem notum est, quod de Episcopis,  
*Joyosue l. c.* „scopis, & sacris personis omnis cog-  
 „nitio in iis, quæ ad ipsorum functionem  
 „pertinent, ad Pontificem pertineat, ne-  
 „que de eo ambigi potest, interim iidem  
 „ratione bonorum, & locorum, in quibus  
 „degunt, Principibus obsequium  
 „debent, & eorum jurisdictioni in cau-  
 „sis, quæ publicam tranquillitatem spe-  
 „ctant, subsunt, neque in eo a juris-  
 „dictione Principum exempti sunt  
 „prout omnibus in confesso est.,

Verum